



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii
Apostolici, olim Ecclesiae Venusinae, ac deinde Aesinatis
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad
Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,
Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon
Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,
apprimè utile ...

In qua præter formulas Declaratoriarum Censurarum, ponuntur aliæ
formulæ, tum Citationum, ac Monitionum pro validitate processuum
requisitarum, tum Decretorum, aliorumve actuum ad opportunitatem, &
ornatum materiæ incidentium; acceditque in calce Appendix miscellanea,
plura, ad Gubernium ...

Monacellus, Franciscus

Venetiis, 1709

§. II. De excommunic. reservatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62433)

præcipimus sub pœna excommunicationis latae sententiæ, ipso facto, mox, statim incurrendæ: aut -- excommunicetur, communione privetur ipso jure, ipso facto: aut excommunicationem incurrat: aut -- noveris te subjacere excommunicationi: vel -- decernimus te subjacere excommunicationi: aut -- noveris te anathemate percussum &c. de quibus, & aliis clausulis sententiam excommunicationis late sententiæ importantibus habes apud Sebast. Medic. tom. 3. in som. peccat. cap. qu. 42. Graff. dec. aur. part. 1. lib. 4. cap. 2. n. 5. & 6. Sayr. de censur. lib. 1. cap. 11. à n. 6. ad 11. & eam quæ non ipso facto incurritur, ante sententiam Judicis, sed per hunc infligi debet, & dicitur ferendæ sententiæ, ut si dicatur absolutè -- qui hoc fecerit excommunicetur: aut -- excommunicationis mucrone feriatur: vel -- prohibemus sub pœna excommunicationis: aut -- excommunicationem incurret: aut -- prohibemus sub anathematis interminatione: vel -- sub obtestatione Divini judicii: aut -- indignationem Dei, & Apostolorum Petri, & Pauli, & nostram incurrat: DD. mox citati: hæc enim ultima clausula includit pœnam arbitrariam, Cherubin. in sum. Bullar. ad constitut. 30. Leon. X. Schol. 2.

II Quamquam ad ferendam excommunicationem non requiratur certa verborum forma, sed satis sit talis, per quam de præsentis mens excommunicare volentis congruè exprimat, & nil referat sive dicatur -- excommunico te à communione fidelium, sive privo, segrego, separo te, dummodo excommunicatio externis signis voce, vel scripto sufficienter sit expressa: nihilominus sententia excommunicationis majoris lata per Judicem, debet ferri in scriptis, & exprimi causa propter quam feratur, ex præscripto Canonis in C. cum medicinalis, de senten. excommunicat. in 6. aliàs lator procedens ad excommunicationem contra formam ibidem traditam, præter suspensionem à divinis, & ab ingressu Ecclesiæ (quam incurreret per mensem) debet condemnari ad expensas, & ad omne interesse partis, & etiam aliis pœnis arbitrariis Superiori suo puniri, ut habetur expressè in d. C. 1. de sent. excom. in 6. Pirhing. loco supra

Monacelli Form. Pars III.

citato nu. 12. vers. notandum tertio glos. in c. Sacro tit. eod.

Item quartò dividitur excommunicatio in eam quæ reservatur ferenti, & eam quæ nulli reservata reperitur. Excommunicationes, quæ hodie reservantur Summo Pontifici, præter casus contentos in Bulla Cænæ, sunt sequentes.

Contra omnes §. II.

Percutientes Clericum, vel Monachum c. si quis suadente 17. quæst. 4.

Perseverantes per annum in excommunicatione lata à Delegato Papæ c. quærenti de offic. deleg.

Falsarios literarum Apostolicarum c. ad falsariorum de crim. fals.

Habentes literas Apostolicas falsas, & illas non destruentes c. dura eod. tit.

Incendarios à Judice excommunicatos, & denunciatos c. tua nos de sent. excommun.

Sacrilegios effractores Ecclesiarum c. conquesti eod. tit.

Communicantes in crimine cum excommunicatis à Papa c. nuper eod. tit.

Eligentes potentiam insignem in Senatorem Romanum can. fundamenta de elect. in 6.

Vexantes eos, qui censuram in aliquos tulerunt c. quicumque de sent. excom. in 6.

Absolutos ab excommunicatione sub conditione, & non implentes c. eos qui ibidem.

Offendentes Cardinales can. felix de pœn.

Exigentes tributa à personis Ecclesiasticis c. Clericis de immunit. in 6.

Violantes Interdictum modis prohibitis in Clementina Gravis de senten. excommun.

Falsificantes monetam Regis Galliæ Extravag. Joann. XXII. Prodiens de crimin. fals.

Exenterantes corpora defunctorum extravag. 2. de sepult.

Violantes Interdictum Sedis Apostolicæ extravag. Et si de pœn.

Conspirantes in personam Romani Pontificis ibid.

Dantes, & recipientes ob ingressum

A 3 Reli-

Religionis *extravagan. comman. 1. de Simon. Simoniacos in ordine, & Beneficio. extravag. 2. eod. tit.*

Taxantes opinionem de Immaculata Conceptione Beatæ Mariæ Virginis *extravag. Grave de Reliq.*

Dantes, & recipientes pro gratia, aut iustitia apud Sedem Apostolicam *extravag. 1. de sent. excom. Bulla Bonifacii VIII. 1. & Greg. XIII. 24.*

Offendentes Rectores, seu Præsides Provinciæ Marchiæ Anconitanæ *extravag. Joan. XII. Dierum de pœn.*

Occupantes bona Cardinalium tempore Conclavis, *Bulla 16. Leonis X.*

Mittentes personas in literis Apostolicis, ut earum expeditionem gratis assquantur *Bulla Leonis X. 27.*

Impedientes executionem literarum Sac. Pœnitentiariæ, *Bulla Julii III. Rationi congruit. 1.*

Simulantes, & supponentes se alios esse pro obtinendis Beneficiis à Dataria, *Bulla 12. Pauli IV. inter cæteras.*

Committentes duellum, & illud consentientes *Concil. Trident. c. 19. sess. 25. de refor. Bulla Clem. VIII. 11. Ullius vices.*

Mittentes literas, aut Nuncium in Conclavi, vel inde recipientes *Bulla Pii IV. 63. in eligendis.*

Occupantes Bona Ecclesiarum, Montium Pietatis, seu alterius loci Pii: vel impedientes ne ab iis ad quos jure pertinent percipiantur *Concil. Trid. cap. 11. sess. 22. de refor.*

Fœminas ingredientiæ Clausuram Monasteriorum Regularium *Bulla Pii V. 20. Regularium.*

Fœminas, sive masculos ingredientiæ septa Monasteriorum Monialium prætextu licentiarum in casibus non necessariis *Greg. XIII. Bulla 28. Ubi gratiæ.*

Suadentes Papæ ut alienet vel infeudet loca Status Ecclesiæ *Bulla Pii V. 35. Admonet Nos.*

Capietes, & retinentes Christianos habitantes inter Turcas, & illorum bona diripientes, aut remigare cogentes *Bulla Pii V. 149. licet.*

Non relevantes conspiratores, & insidiatores contra Cardinales *Bulla ejusd. Pontif. 93. Infelices.*

Publicantes Indulgentias, & facultatem dantes eligendi Confessores iis, qui aliquid solvunt *Bulla ejusd. Pontif. 99. Quamplenum.*

Accipientes, & retinentes fructus Beneficii vacantis, vel impediens Beneficii possessionem non solventibus dulciaria, sive aliam solutionem *Bulla ejusd. Pontif. 104. Durum nimis.*

Facientes jurare illicita, & contraria libertati Ecclesiasticæ, *Bulla Greg. XIII. 93. inter Apostolicas.*

Diripientes Animalia, & bona, vel illa furata ementes ex Statu Ecclesiastico, *Bulla ejusd. Pontif. 98. Non sine.*

Violantes immunitatem Ecclesiarum, *Bulla Greg. XIV. 7. Cum alias.*

Docentes posse fieri confessionem Sacramentalem in absentia per literas, *Bulla Clem. VIII. 87. Sanctissimus.*

Extrahentes frumentum, blada, legumina, & oleum extra Statum Ecclesiasticum sine licentia *Paulus V. Bulla 12. inter gravissimas.*

Docentes, aut defendentes etiam disputativè opiniones damnatas *Decreta S. Congreg. S. Officii annis 1665. 1666. 1679. & 1690. emanata.*

Contra Clericos.

Participantes in Divinis cum excommunicato à Papa *c. significavit. de sent. excom.*

Inducentes ad jurandum de eligenda, vel de electa non immutanda sepultura in eorum Ecclesiis *Clement. Cupientes S. Sanè de pœn.*

Commissarios, seu Delegatos interponentes Decretum per gratiam, aut timorem, vel fortes, in alienatione bonorum Ecclesiæ, aut per alios fieri alienationem dolosè procurantes *Bulla 2. Pauli II. cum in omnibus.*

Prædicatores non servantes Decreta pro eis lata in Concilio Lateranensi *Bulla Leonis X. 21. Supernæ.*

Retinentes Beneficia in confidentiam *Bulla Pii IV. 85. Romanum Pontificem, Bulla Pii V. 85. Intolerabilis.*

Absolventes sub prætextu privilegiorum à casibus Bullæ Cænz, vel Ordinariis

riis reservatis *Decretum S. Congr. Episc. & Regular. à Clem. VIII. approbatum anno 1601. Apud Piafec. prax. part. 2. c. 1. art. 3. de cas. Episc. reserv. num. 1.*

Trahentes personas Ecclesiasticas ad forum laicale, *Bulla Martini V. 10. Ad reprimendas.*

Consentientes usurpationibus bonorum Ecclesiarum, *Concil. Trid. Cap. XI. sess. 22. de refor.*

Contra Regulares.

Administrantes Sacramenta extremæ Uctionis, & Eucharistiæ infirmis, vel matrimonia solemnizantes sine licentiâ Parochi, *Clem. 1. de privileg.*

Absolventes sub prætextu privilegiorum à casibus Bullæ Cænæ, vel Ordinariis reservatis *Decretum Clem. VIII. ut supra.*

Euntes ultra mare sine licentiâ Superiorum, *extravag. Ad nostram de Regular.*

Mendicantes transeuntes ad non mendicantes *extrag. viam ibid.*

Moniales exeuntes de Clausura absque licentiâ, *Bulla Pii V. 8. Decori.*

Superiores non denunciante Religiosos, qui sunt suspecti de hæresi, Inquisitoribus, vel Ordinariis locorum, *Bulla Pauli V. 26. Romanus Pontifex.*

Minores de Observantia subornantes vota in electionibus, *Bulla Pii V. 1281. Pastoralis.*

Claustales recipientes Minimos sine licentiâ Papæ, *Bulla Julii II. Virtute conspicuus, extra Bullarium.*

Tertiarios portantes habitum Minorum, *Bulla Leonis X. Licet alias, extra Bullarium.*

Minores admittentes in eorum Ecclesiis tempore Interdicti ad Divina, fratres & Sorores Tertii Ordinis, *Clem. cum ex eo de sent. excom.*

Clericos Regulares Societatis Jesu discedentes sine licentiâ à Societate, etiamsi prætextu melioris frugis, transeant ad alium Ordinem (exceptis Cartusianis) *Bulla Gregorii XIII. 89. Ascendente.*

Clericos regulares Congregationis de

Somascha, transeuntes ad arctiorem sine licentiâ Superioris (exceptis Capuccinis, & Cartusianis) illorumque receptores, *Sixtus V. Bulla 4. Aequum.*

Inducentes ad jurandum de eligenda, vel de electa non mutanda Sepultura in eorum Ecclesiis, *Clem. Cupientes 6. Sane de pœn.*

Contra personas publicas.

Prælatos vexantes censuris commorantes in servitio Papæ *extravag. 3. de privileg.*

Cardinales controventes in electione Pontificis, *Bulla Julii II. 3. cum tam Divino.*

Cardinales revelantes ea, de quibus Papa eis silentium indixit, *Bulla Leonis X. 7. §. 31. & quotiescunque.*

Episcopos, qui conferunt Beneficia contra præscriptum Bullæ Pii V. in eorum manibus resignata, *Bulla 58. Quanta.*

Cardinales ambientes Papatum, & Simoniacos ejus causa *Pauli IV. Bulla 16. Cum secundum.*

Cardinales Simoniacos in Beneficiis, *Bulla Pii V. 85. Hodie in Consistorio.*

Judices, Officiales laicos, ac Prælatos Ecclesiasticos, trahentes personas Ecclesiasticas ad forum laicale, *Bulla Martini V. 10. Ad reprimendas.*

Dominos temporales, qui in terris eorum suppositis Interdicto, cogunt celebrare, & audire Divina Officia, *Clem. Gravis de sent. excom.*

Officiales, ac Dominos temporales, bannientes, seu facientes, & mandantes banniri, personas Ecclesiasticas, *Bulla Urbani VI. 3. Quia sicut.*

Officiales, Judices, & Dominos temporales percutientes, vel bannientes Episcopos, vel hæc mandantes, aut facta ab aliis ratificantes, *Clem. I. de pœn.*

Principes, & Dominos temporales, concedentes locum, vel permittentes duellum in Terris suis, *Concil. Trid. sess. 25. de reform. c. 19. Bulla Clem. VIII. 11. Illius vices.*

Episcopus, & Inquisitores, eorumque substitutos, qui faciendo, vel omittendo contra diffamatos de hæresi, delinquant

quant in Officio Clemente multorum §. Verum de hæret.

Officiales, & Ministros Cameræ Apostolicæ non reddentes integra computa, Bulla Pauli III. 40. Cum sicut.

Officiales Penitentiarie recipientes pro expeditionibus aliquid, etiam sponte oblata à partibus Bulla Pii V. 83. in omnibus §. Omnes.

Gubernatores Civitatum, & locorum Status Ecclesiastici, recipientes munera præter comestibilia Bulla Pauli II. 3. munera.

13 Excommunicationes autem provenientes à jure, vel Bullis, & Decretis Apostolicis, quæ nemini reservatæ reperiuntur, sunt infra scriptæ.

Contra omnes §. III.

Magistros, & Scholares Bononiæ conducentes Domos alterius Scolastici, vel Doctoris ante tempus conductionis elapsam c. 1. de locato.

Habentes ratas Ordinum, & Beneficiorum collationes factas à Schismaticis c. 1. de schismat.

Vexantes, & gravantes Ecclesiasticos, vel eorum Consanguineos, ex quo eum pro quo rogabantur, non elegerint cap. sciunt. de elect. in 6.

Occupantes, & usurpantes prætextu defensionis; bona Ecclesiæ vacantis, vel titulo regalitatis c. generali tit. eod. nisi in fundatione consensu Diæcesani Statutum esset, ut fructus ipsius Ecclesiæ cum vacabit, Patronus seu fundator faciat suos, nam hoc sibi reservare potest c. generali de elect. ubi glos. verb. fundatione in 6.

Præsidentes, & Directores Monialium ponentes, vel nutriendos discordias in electione can. indemnitatibus §. Postremo tit. eod.

Procurantes ut Conservatores Regularium, se intromittant in aliis causis, quàm in manifestis injuriis, & violentiis c. fin. de offic. deleg. in 6.

Extorquentes revocationem, vel abolitionem à censuris per vim, & metum c. 1. de his quæ vi met. caus. in 6.

Judices accedentes ex causa ficta ad mulieres pro excipiendo testimonio c. 2. de judic. in 6.

Laicos compellentes Ecclesiasticos, ut sibi submittant jura Ecclesiæ c. 2. de reb. Eccles. non alien. in 6.

Exigentes pedagia, &c. ab Ecclesiasticis personis c. quamquam de cens. in 6.

Doctores, five magistros docentes legem, vel medicinam Religiosos c. 2. ne cleric. vel monac. in 6.

Sepellientes in loco Sacro scienter hæreticos c. 2. de hæret. in 6.

Mandantes interfici Christianum per Assassinos c. 1. de homic. in 6.

Concedentes represalias, vel concessas extendentes contra Ecclesiasticos c. unico de injur. in 6.

Impedientes sequestrum factum ab Ordinario super Beneficio, vel fructus occupantes Clem. unic. de sequestr. possess.

Sepellientes scienter in loco religioso tempore Interdicti, nominatim interdictos, publice excommunicatos, aut usurarios manifestos Clem. 1. de sepulcr.

Impedientes Visitatores Monialium Clem. Attendentes, de Stat. Monach.

Contrahentes scienter matrimonium in gradu consanguinitatis, vel affinitatis prohibito, vel cum Moniali, Cle. un. de consang.

Impugnantes literas Papæ non coronati, extravag. ult. de sent. excom.

Imprimentes libros absque licentia superiorum, Bulla 12. Leonis X.

Edentes glossas, & scholia in Tridentinum Concilium, Bulla Pii IV. 73.

Afferentes non esse necessariam confessionem Sacramentalem ante susceptionem Eucharistiæ illis, quos conscientia peccati mortalis gravat habita copia confessoris, Concil. Trid. can. 11. sess. 13. de Sac. Eccles.

Raptores Mulierum, & fautores, idem Concil. ibid. cap. 9.

Cogentes, vel impediendes sceminas ingredi Monasteria idem Concil. cap. 19. sess. 25. de regul.

Offendentes, & vexantes personas, res, & Officia Sancti Officii, Bulla Pii V. 82.

Pingentes, & decorantes Agnos Dei, Bulla 2. Greg. XIII.

Non denunciantes S. Officio, vel Ordinario hæreticos, magos, sortilegos, & alios utentes rebus, verbis, & characteribus